

tura etiam diversis in Chimia enchirisiis opus erat; Ex animalibus præ cæteris formicæ jam tum in acervis suis manifestum acorem spirant, & per se destillatæ liquorem acerrimum & maxime volatilem, spiritui Θ is non abfimilem, exsudent, quo etiam Corallia, oc. Θ & similia, imo metalla solvi queunt. Idem stagma acidum ex apibus aliisque insectis, favificis præsertim & gregariis, per experimenta docuere *Transactiones Anglicanæ*: In reliquis vero animalibus, quoniam sub tegmine pingvium aliarumque partium latet, non opus est, ut sollicitè quærat; Quamvis ex urinarum Θ e fixo, alias e Θ e communi oriundo, non difficulter haberi possit.

Thef. 5.

Ita quoque vegetabilia non solum formaliter acida, sed resinosa, oleosa, gummosa, pro diverso tractandi modo spiritus plus minus acidus produnt. Omnes fructus, quo dulciori succo gaudent, ipsum saccharum, mel, manna & alia, quæ fermentatione soluta spiritus Δ eos fundebant, postquam degenerant, & partes eorum Θ ina, antea, ab oleosis involutæ & modificatæ, magis evolvuntur, ramulos & hamulos suos explicant & cum phlegmate spiritus acidus constituunt. Sic quoque resinosa & gummatosa e. g. Ligna, aperto Δ e cremata Θ volatile alcalicum præbent, exemplo fuliginis, ea ex retorta & Δ e clauso in liquorem potius acidum, cum insequente oleo foetido coguntur, procul dubio, quia Θ essentielle plantarum neque acidum, neque alcalicum, sed mixtum nunc, destructis per torturam Δ is Δ eis, in fluorem redactum acorem sapit; quemadmodum e contrario acidum formale Γ aliorumque per putrefactionem rursus in urinosum & Θ sum abit.

Thef. 6.

Sed potiores spiritus acidus debemus mineralibus, non quidem omnibus, uti supra vidimus, sed succis tantum salinis, Θ elicis, Θ rosis & Θ osis, e spiritu terræ feminali acido, cum diversis terris & aquis in transitu laxius concreto, ortis; Unde etiam solius terris accessu eundem una cum aqueis partibus negotio faciliore per retortam dimittunt, relictis in fundo partibus terreis, aut etiam metallicis, ad resolutionem

C 3

ineptis;